



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

X. Der Rath zu Frankfurt vereignet den Schlächtern die Fleischscharren,  
am 22. Juli 1308.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

genes et Iufacie Marchiones, Recognoscimus et ad vniuerforum crisi fidelium noticiam Tenore presentium publice volumus peruenire, quod Ciuibus Ciuitatis vrankenuordenfis tam presentibus quam futuris dedimus et damus villam Dretthyn, quam iidem ergo Nos iusto emptionis modulo comparauerunt pro Quadringentis Marcis Brandeburgensis argenti et Ponderis, nobis ab Eisdem Ciuibus integraliter perfolutis, cum pleno iure et vsufructu, cum omnibus suis pertinenciis, videlicet agris cultis et incultis, lignis, aquis et aquarum decursibus, pratis, Pascuis, cum Molendino inibi sito, cum Precaria et Seruiciis quibuscumlibet tam Curruum quam vecture, cum Melle inde proueniente, necnon ceteris vtilitatibus et vsufructibus inde prouenientibus, cum Iudicio tam maiori quam minori, cum omnibus suis distinctionibus, vtpote nobis, dum nostra fuit, competebat, possidentiam, vsufruentiam iusto proprietatis tytulo perpetuis temporibus et habendam, Abrenunciantes simpliciter omni Juri, quod in eadem villa Dretthyn haecenus dinoscimur habuisse, Ita quod de cetero nec nobis, nec nostris Heredibus, Successoribus, Aduocatis, Subaduocatis, Bodellis, aut aliis quibuscumque nostro nomine in ipsa possit vel debeat actionis quicquam competere siue juris. Insuper etiam protestamur, quod Nos cessauimus et cessamus omnino ab omni impetitione, quam hucusque in predictos Ciues mouimus occasione quorundam pratorum et lignorum inter ipsa Prata et circa existentium, refutantes amodo huiusmodi impetitionem Seu Peticionem, quod ansprake wlgariter dicitur, aliquantulum memorie commendari, Sed prenotate Ciuitatis Ciues ex nunc eadem prata in omni parte sui distincta hoc modo: scilicet Sursum ascendendo ad stagnum Tyvche vsque ad salicem que alta salix vocatur, Et deinde per directum vsque ad Riulum, qui Svmpeel vocatur, cum lignis ad ipsa pertinentibus etiam proprietatis tytulo possidebunt iugiter et habebunt, Taliter quod Nos in predictis pratis nichil nobis preterquam ipsum stagnum Tzvche, in quo ipsi Ciues nichil juris obtinebunt, debeamus de cetero vendicare. Ne autem super huiusmodi nostra ordinatione in posterum cuiquam possit dubium suboriri et factum nostrum in hac parte per Nos aut Heredes vel Successores nostros aliquantulum immutari, presentem Paginam super hoc confectam Scribi fecimus in testimonium premissorum omnium ac Robur perpetuum et nostrorum Sigillorum appensionibus commurari. Presentibus testibus ydoneis, videlicet nostris fidelibus Conrado de Redere, Rudolfo de wedele, Heinrico de Stegheliz, nostre Curie Dapifero, et Tzabello de Badelow, tunc temporis aduocato, militibus, Heinrico, Preposito de Grandzoy, et aliis quampluribus aliis fidei testimonio decoratis. Actum et Datum in Oppido Solenzick, Anno domini Millesimo Trecentesimo Octauo, In die Beatorum Processi et Martiniani, per Manum Euerardi, nostre Curie Capellani et Notarii. Amen.

Nach dem Orig. des Stadtarchives, Drettin No. 1.

X. Der Rath zu Frankfurt vereignet den Schlächtern die Fleischscharren, am 22. Juli 1308.

In nomine Domini amen. Cum mors sui impetus non sedabit rabiem, donec omnia post se detrahat in ruinam, utili et necessaria cautela procuratum est, ut super quibuslibet actis scripta firmentur autentica, quibus dum opportunum fuerit veritas certissime conprobetur et dubietatis questio

penitus dissoluatur. Nouerint igitur tam presentes quam futurj, quod nos consules ciuitatis Francfordensis circumspeculatione salubriori qua possumus nostris conciuibus providere cupientes, ut singulis temporibus domino fauente ipsorum vtilitas et comodum augeatur tocusque ciuitatis nostra vniuersitas honorum rerumque incipiat incrementum. Cum igitur nostre ciuitatis carnifices se suaque pro necessitatibus nostre communitati ingruentibus exponere non recusant, provida deliberacione nostrorum super eo conciuium prehabita ipsis eorumque heredibus eis in hereditate succedentibus nostre ciuitatis maccella contulimus hereditarie possidenda tali forma, ut singuli eorum unum talentum denariorum brandenborgensium singulis annis in quatuor terminis anni subscriptis videlicet in festo Michaelis quinque solidos, in festo natiuitatis Christi totidem, in festo Pasce totidem, in festo beatj Johannis Baptiste totidem soluant ciuitati pro annua pensione, quem censum volumus absque augmento et diminucione in eodem numero permanere. Adicimus eciam, ut nullus carnificum suum maccellum alicui vendere vel locare pro aliquo censu aut annua pensione presumat aut attemptet, sed ipse inhabitet carnes vendendo et mactando aut vendat ipsam absolute. Quicumque vero ex ipsis aliquid contra hoc facere seu attemptare presumpserit, sciat ipsum censum, pro quo ipsum maccellum locauerit siue exposuerit, non ad ipsum sed ad usum ciuitatis esse redigendum. Si quis ex dictis carnificibus absque heredibus viam persoluerit carnis vniuersae, maccellum ejus ad ciuitatis emolumentum diuoluatur. Relictis vero post se heredibus scilicet filiis, filiabus et uxore, Hii velut alia bona hereditaria ipsis derelictis idem maccellum equa diuident porcione, dummodo vno ex eisdem heredibus filio siue filie aut uxori cedat ex integro et non diuisim, data ab illo aut ab illa, qui vel que ipsum maccellum possidebit, secundum valorem seu proborum et discretorum virorum taxationem vniciuique alterj heredj secum in hereditate participantem debita denariorum portione, que ex eo poterit deuenire. Et hoc volumus per tales heredes infra spacium vnus mensis post obitum ipsius defunctj discutj et terminari; possunt autem idem heredes dictum maccellum vendere alicui solj non pluribus, si intra se de hac vendicione fuerint concordatj. Volumus etiam istud ab alijs heredibus videlicet cognatis, nepotibus, neptibus aut quibuscunque et quocunque in tali hereditate succedentibus firmissime obseruari. Si vero mulier defuncto viro maccellum ex hereditate retinens vel ad se ab alijs heredibus secum participantibus, redimens alicuj viro nupserit, hic nostre ciuitati pro carnificum operis acquisitione decem solidos denariorum brandenborgensium erogabit. Si vero hic, cui talis mulier nupserit, vnum maccellum habuerit, statuimus ut suum maccellum aut mulieris vendat, reliquum pro sui vtilitate referuet, heredes masculinij sexus in talj hereditate succedentes, ducant vxores aut non ciuitatis, pro carnificum operis acquisitione prorsus nichil erogabunt. Nolumus etiam duo maccella per vnum virum occupari; verum eciam istud in heredibus quibuscunque feminini sexus obseruetur. Sed tam ipsi quam alij quicumque heredes in talj hereditate alicui succedentes ad nos ad consistorium seu pretorium ascendent, petentes ipsis talem hereditatem seu maccellum a nobis conferri, Quibus absque impedimento tale maccellum nomine hereditario conferemus. Quicumque prefatorum carnificum vnum maccellum vendere decreuerit, nulli vendat nisi sit in carnificum opere instructus. Qui vero maccellum comparauerit dimidiam marce argenti brandenborgensis erogabit ciuitati pro carnificum operis acquisitione. Preterea maccella, que venduntur, coram nos debent resignari. Hy qui ea comparauerit a nobis ipsa suscipient et acceptabunt. Si vero tempore succedente propter dilacionem ciuitatis aut propter augmentationem plura maccella intenderemus construere, quam nunc sunt constructa, videlicet quinquaginta et duo, hoc non faciemus, nisi fuerit de maturo consilio carnificum et consensu. Nullus etiam carnificum pretactorum super maccellum alicujus aut pro debitis vel quibuscunque alijs causis querimoniam coram prefectis siue

quocunque alio iudice deponat, eo quod tales causas volumus coram nobis diffiniri, quod toto iure in his macellis frui volumus, quo vsi sumus a primeua plantacione ciuitatis, quamuis prefens priuilegium nostris carnificibus per nos de quodam specialj gratia sit indultum. Ne autem talis donacio et ordinacio ab aliquibus retractetur tempore succedente aut alicujus specie infirmetur fraudis, presentem literam conscribi fecimus, et cum nostre ciuitatis sigillo iussimus roborarj. Consules, qui cum hec ordinacio fieret consilio presuerunt sunt hy, quorum nomina subsequenter: Bolco, Heningus Kefelingen, Johannes de Landesberge, Hermannus Belko, Geuardus Rynknecht, Nicolaus Tomeker, Tidikinus de Geser, Johannes Gallicus, Petrus Delueten, Johannes Hakeman, Gerrardus Gallicus, Conradus Hefcken. Datum anno domini millesimo trecentesimo octauo, in die Marie Magdalene.

Aus Teymlers Copialbuche im Stadtarchive fol. 20, 21.

XI. Markgraf Woldemar vereignet dem Kloster Neuzelle das Dorf Neizzig,  
am 21. Mai 1311.

In nomine domini Amen. Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landesberg Marchio, Tutorque incliti Johannis de Brandenborch Marchionis, omnibus in perpetuum. Diuina clemencia humane infirmitatis defectum sic dignata est misericorditer instaurare, vt temporales actiones erroris, obliuionis et maliuolorum insidancium in hiis, que racionabiliter gesta sunt, pericula sustinentes autentici scripti testimonio valeant confirmari. Inde est, quod ad noticiam vniuersorum presencium (sic!) paginam intencium cupimus peruenire, Quod religiosus viris, domino Abbati et Conuentui in nouacella sifterfensis ordinis, proprietatem ville Ribetiz cum molendino proxime adiacente a discreto frenkelino Sculteto in Gubyn, rite comparata, a nobis eodem Tytulo pro sexaginta sexagenis grossorum comparatam, videlicet in pascuis, pratis, aquis et aquarum decursibus, Molendino iam constructo et in posterum construendis, filuis, Mericis, Paludibus et vsufructibus quibuslibet, quocunque nomine censeantur, necnon cum omni iure, quod in iam dictis bonis hactenus dinoscimur habuisse, Conferimus et contulimus perpetuis temporibus habendam et pacifice possidendam, Ita sane, vt nec nos, nec posterius nostri, nec aduocati, vel officiales, vel quocunque nomine nominentur nostri, nec successorum nostrorum, in exactionibus, precariis, seruiciis, vecturis vel in condicionibus quibuscunque predicta bona et homines infra subscriptos terminos aut limites commorantes nullatenus aggrauare attemptemus: A quadam querco stante in valle infra agrum et mericam in vtroque latere continente vnam crucem, directo tramite procedendo ad pontem dictum vulbrucke, ab illo ponte descendendo flumen Tzyresen vsque ad flumen ylanke. Istarum distinctionum iam dictarum fuerunt et sunt equitatores scilicet Nicolaus de Schowen, Rodolfus de Reueninghe, Nicolaus de Bornym et Zabellus de Badelo, milites, ac Wilhelmus de foro, ciuis in vrankenuorde, quos eciam vna cum Droysekone et flotekino pro huius facti Testimonio presentibus in hiis scriptis (sic!). In omnium premisorum euidentiam prefens tradidimus scriptum nostri sigilli munimine firmiter commu-